wyznań: duchowieństwo uczuło, że chodzi już o życie lub śmierć dla kościoła. Tak też to ocenioném zostało przez Ojca św. Piusa IX. W anielskim swém sercu poczuł, o co chodzi w Polsce, a nauczony od dworów, jaką ma wagę przypisywać do not dyplomatycznych, wiedział, jakie mają znaczenie te, któremi go gabinet Petersburski względem wypadków polskich częstował. Napisał też list do ś. p. Biskupa Fijałkowskiego. List ten wiekopomny, który powinienby wowołać wstyd, na obliczu nieprzyjaciół Papieztwa u nas, gdyby namiętność wstyd uznała. Czemu ś. p. Arcybiskup nie podał jakąkolwiek bądź drogą tego dokumentu do wiadomości wiernych, wytłomaczyć sobie nie możemy: byłby to balsam na nasze zbolałe serca, a balsam uzdrawiający. Cokolwiekbądź w obecnéj chwili dokument ten, jest w naszych rękach, i gdyby być mogło, pobudziłby nas do tém większéj miłości ku głowie widzialnéj kościoła. Breve to więc uważane że stanowiska kościelnego jest ważną wskazówką. Ojciec św. usłyszał jęk kościoła polskiego, uznał go być głosem wiernych, którzy obok walki o byt polityczny, walczą dla kościoła; uznał, że ten kościół ma życie, a że jego ojcowskie serce nie może być obojętne na tę walkę, kanonizował ją niejako. A my za to, *precamur, gregem pastor Pius ad salutis pascua ducat.*

Sądzę, że ten dokument jakoby dalszy ciąg *monumentorum Poloniae*, jednèm z nami uczuciem oceniacie, adresowany do X. Fijałkowskiego jest własnością i pociechą każdego Polaka; kiedyś świat się przekona mimo wrzasków dni obecnych, że nikt tak jak Stolica Apostolska, nie uznaje i szanuje narodowości. Dla niéj z kądkolwiek przybywa Polak, jest Polakiem, w kongregacjach sprawy z kądkolwiek przychodzą, noszą tytuł *Poloniae*, jak się można było przekonać na bulli beatyfikacji ś. Andrzeja Boboli.

Drugiém ważném u nas zdarzeniem, było zjechanie się Biskupów do Warszawy. Zjeżdzali się oni i za najsroższych czasów Mikołaja, ale zjeżdżali się albo na powinszowanie nowego roku *veteris stili* namiestnikowi, albo gdy Cesarz przybywał do Warszawy. Obserwowano ich ściśle, aby się *in corpore* nie znosili, a urzędnicy umieli rzucać rozdwojenie między naczelników diecezyi, donosząc im niby w zaufaniu, co o nich kollega mówił. Na audjencyi u Cesarza ustawiano ich w sali według stopnia łaski, jaką ich darzył Paszkiewicz. Cesarz miał przemowę, w któréj zawsze potrafił ubliżyć kościołowi łacińskiemu, a otrzymawszy ordery, odjeżdżali. Teraz zjechali się w prawdzie na wezwanie Dyrektora wyznań, ale zaraz się z sobą zetchnęli, działali wspólnie jednozgodnie, podali adres razem redagowany, popierali go jednogłośnie. Niezawodnie jest to ogromny postęp, czas pokaże, ile na tym kościół zyskał: nie był to zapewne Synod, daleko do tego, ale zgoda jest największą siłą na świecie. Tylko charaktery bardzo silne potrafią samoistnie działać, ale zawsze *vae soli!* Przeciwnie Episkopat działający wspólnie, dodaje siły nawet chwiejącym się i słabszym. Tak stojąc, potrafią się oprzeć nietylko natarczywości rządu, ale i mniéj wyrozumiałéj opinji. To też duchowieństwo z radością powitało to spotkanie, a z większą radością przyjmuje jego skutki. Tyle jest do robienia: uorganizowanie katechizmów po parafiach, czuwanie, aby niepotrzebne a czasem gorszące procesa nie zagęszczały się między proboszczami a koltatorami, urządzenie stałych i jednostajnych stósunków między wikaryuszami a proboszczami, dozorowanie ściślejsze przez Xięży dziekanów i dozory parafialne utrzymywania zabudowań plebańskich przez Xięży proboszczów. A co mówić o rekollekcjach dla duchownych, o kongregacjach dekanalnych, o wizycie? O ile wiemy, dotąd w jednéj tylko diecezyi podlaskiéj, w części tym punktom czyniono zadość. Tamtejszy pasterz zaraz na wstępie otworzył rekollekcje, pilnie wizytuje kościoły, i wydał postanowienia dla kleru może trochę za surowe, ale o to mniejsza, byle jakiekolwiek były. Ostatnie wypadki warszawskie już są wam znajome. *Quis talia fando temperet a lacrimis?* Ale nas nigdy gwałty przeciwników nie przerażały; czego się bojemy, to jeżeli widziemy, że ich po katolicku nie przyjmują, kiedyby im nie stawiono czoła jak przystoi na kapłanów. Ale dzięki Bogu na teraz jest pociechy dosyć. Kler stanął silnie, ujął się krzywdy, a przyjmuje spokojnie wszelkie prześladowanie na wzór apostołów, którzy *ibant graudentes quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati.*

Szanowny Redaktorze, jeszcze słówko do Ciebie. Dziękujemy wielce tak za artykuły wstępne, jak i za korespondencje z kraju. Jeden tylko głos jest o Twoim Tygodniku. Śmiemy jednak prosić więcéj wiadomości o szczególnych wypadkach z Francji, Anglii, Hiszpanii i t. d. Mieliśmy tylko jeden artykuł z Niemczech, prawda wyborny, ale takich pragniemy więcéj. Choćby tylko obznajmianie nas z imionami osób, które gdziekolwiek zasłużyły się kościołowi, byłoby już ważne. Przedewszystkiém kościół katolicki w Polsce, ale zaraz potém obchodzi nas kościół katolicki gdziekolwiek się znajduje. Dawniéj Przegląd miewał taką kronikę, o nią prosiemy. Tęskno nie wiedzieć, co robią ludzie jak Lacordaire, Gerbet. Czyżby to Hiszpanja po śmierci Balmesa i Donoso Cortera nie miała już Apologotystów? taka ziemia jak Hiszpanja, nie jałowieje. Dobre i konieczne życie rodzinne, ale obywatel musi żyć duchem całéj ojczyzny, i owszem tém skuteczniéj działa w rodzinie, kiedy serce rozszerzy do granic całego kraju. Podobnie się ma co do rzeczy kościelnych.

WYPIS
z rysu ogólnego
WŁADZ RZĄDOWYCH KRÓLESTWA POLSKIEGO
za rok 1860.

WYDZIAŁ WYZNAŃ.

Wyznanie Rzymsko-Katolickie.

W roku 1860. znajdowało się kościołów parafialnych 1640, filialnych 106, kaplic i kościołów nieparafialnych 411, w ogóle więc kościołów 2,157. Zarządzono reparacyi 62 kościołów, 10 plebanii. Zatwierdzono anszlagi na wzniesienie 7 kościołów, 17 plebanii. Zatwierdzono rozkładów kosztów anszlagowych na kontrybuentów 107, a protokółów odbiorczych 66. — Nadto zatwierdzono plan na budowę gmachu dla konsystorza w Kielcach, 3 anszlagi na budowę kościołów i klasztorów zakonnych, a 1 na budowę kościoła w Żytnie.

Klasztorów znajdowało się w roku 1860. mezkich 150, żeńskich 36.

Hierarchia duchowna liczyła członków księży świeckich 2253, z tych 1 arcybiskup, 4 biskupów diecezalnych, 5 biskupów sufraganów, 3 administratorów diecezyi, 1199 proboszczów, 381 administratorów probostw.

W stósunku do liczby parafii 1640 i filii 107, razem 1746, okazuje się, że liczba parafii i filii nieobsadzonych wynosi 547. Takich zaś, które nawet administratorów nie mają, znajduje się 166, a w ogóle, jeżeli się strąci nauczycieli, professorów, emerytów i demerytów, których liczba wynosi 180, tudzież członków wyższe godności piastujących, wynoszących 207 osób, okaże się, iż liczba ogólna księży świeckich wynosząca 2,253, przenosi nieodbitą potrzebę obsadzenia wyższych stopni i probostw tylko o 120, co zupełnie nie odpowiada potrzebie, bo z téj liczby ma być pokrytą służba wikaryuszów i zapełnioną coroczna śmiertelność.

Duchowieństwo klasztorne liczyło osób 1761 płci mezkiéj, i 468 płci żeńskiéj.

W akademii duchownéj znajdowało się alumnów 52, z téj liczby ukończyło nauki świeckich 4, zakonników 5. W 11 seminaryach liczono alumnów 324, z których 53 otrzymało wyświęcenie. —

Instytut demerytów na Łysèj-Górze liczył duchownych 24. Przyjęło religię katolicką w r. 1860. osób 42. Dopełniono chrztów 182,173, szlubów zawarto 42217, obrzędów pogrzebowych dopełniono 96,891.

Z zapisów i legatów przez rząd zatwierdzonych przybyło rsr. 26,244, kop. 25, dom 1 i morga gruntu.

Fundusze pokładnego w banku lokowane po strąceniu wydatków na reparacye cmentarzy wynoszą rsr. 64,975, kop. 26¾. —

Pozostałości po zmarłych beneficyatach wzniosły się do rsr. 102,720, kop. 78¼ — ich przeznaczenie jest ustanowienie funduszu wieczystego, na reperację kościołów służyć mającego. —

Fundusz ten złożony w banku polskim, powiększa się wprawdzie corocznym procentów przyrostem, lecz zdawało się wydziałowi skarbowo-administracyjnemu rady stanu:

1, iż mógłby zostać uznanym na fundusz ogólny, a nie jak dotąd pozostawać własnością szczególnych kościołów, przy których zgon beneficyatów nastąpił, z powodu, że częstokroć następują zmiany proboszczów, częstokroć obok probostwa posiadają oni i inne w hierarchii duchownéj dostojeństwa, a miejsce, gdzie beneficyat życie kończy, nie koniecznie służyło za źródło zebranego majątku;

2, że fundusz ten mógłby zostać użytym do reperacyi lub stawiania innych nowych kościołów z wielką ulgą dla parafian, którzy w niektórych przypadkach rozkładaniem kosztów podobnych tak są przeciężeni, iż im wydołać nie mogą.

Z funduszów interkalarnych jest złożone w banku rsr. 8283, kop. 19. Z funduszu popoznańskiego pozostaje remanent w kwocie rsr. 11122, kop. 11¾.

Funduszów duchowieństwa wszelkich wyznań znajduje się ulokowanych w banku po strąceniu wydatków rsr, 2,746,229, kop.

35. W tém do samego duchowieństwa katolickiego należy rsr. 2,573,613, kop. 34³/₄.

Pertraktowano spraw o fundusze duchowne 134, z tych przegrano 7, pozostało do popierania spraw 1111.

W ciągu roku przesłano do Rzymu próżb 88, uzyskano odpowiedzi 63, pozostaje niezałatwionych próżb 21.

Z urządzeń wyznania tego główniejsze były: polecenie władzom diecezalnym, aby duchowni zachęcali lud do szczepienia ospy ochronnéj, uwolnienie od przysięgi świadków używanych w śledztwach administracyjnych, względem sporów między włościanami, a instytutami o służebności, nakoniec rozporządzenie ugruntowane na rozkazie Xięcia Namiestnika w przedmiocie odbywać się mających rewizyi towarów defraudowanych po kościołach i klasztorach.

Wyznanie Prawosławne.

Znajduje się kościołów prawosławnych 40, z tych 31 murowanych, a 9 drewnianych. Nadto kaplic wojskowych istnieje 10. Duchownych i sług kościelnych liczono 129, z wyższéj hierarchii 1 arcybiskup, 1 archimandryta, protojerejów 10; szkół prawosławnych znajdowało się 3, w których liczono nauczycieli 11, uczniów 61.

Liczba prawosławnych wyznawców wynosiła z mieszkańców (krajowych) królestwa 5016 głów, dodając zaś garnizonowe bataliony, kommendy inwalidów, diwizyon żandarmów, zakłady rzemieślnicze, straż policyjną i ogniową, cała liczba wyznawców prawosławnych wynosiła osób 24308.

W r. 1860. przeszło na wiarę prawosławną osób 65. Ochrzcono 762 dzieci, małżeństw zawarto 234, pogrzebów odprawiono 615.

Fundusz na utrzymanie duchowieństwa prawosławnego wynosił 59,885. kop. 12¹/₂.

Z rozporządzeń wyznania tego dotyczących najważniejszą decyzyą Xięcia Namiestnika, ażeby zostający duchowni przy cerkwiach ruchomych, spisywali akta stanu cywilnego, stósownie do praw obowiązujących w Królestwie.

Wyznanie Grecko-Unickie.

Składa się z 269 parafii. Posiada Cerkwi 394, klasztorów 5, między temi Cerkwiami jest 60 murowanych, a 214, które są w dobrym stanie, reszta zaś wymaga odbudowania lub reparacyi.

Budowli plebańskich znajduje się 447, z których 170 wymaga nowego odbudowania.

W ciągu roku 1860. wybudowano lub wyrestaurowano Cerkwi i domów plebańskich 20, zatwierdzono zaś anszlagów na przedsięwziąć się mające budowy i reparacye 35.

Wyznanie to liczyło w ogóle osób 218,928. Urodziło się 11,305, ślubów małżeńskich zawarło 2855, pogrzebów było 6617.

Szkółek wyznanie to posiadało 53. Processów w ciągu roku ukończono 2, pozostało w pertraktacyi 106, dotyczą się posiadania awulsów. Z wyznania tego przeszło na wyznanie prawosławne w dawnych latach 3 parafie, tych ludność w r. 1860. wynosiła 2,408 osób. Posiadają 5 Cerkwi w dobrym stanie.

Wyznanie Rozkolników.

Wyznanie Ewangielicko-Augsburgskie.

Ogólna liczba osób wyznania Rozkolników wynosi 3893, posiadają domów modlitwy i kaplic 4.

DIECEZYA CHEŁMIŃSKA.

In nomine Domini Amen.
Ad perpetuam rei memoriam.

Antonius Frenzel,

Dei et S. Sedis Apostolicae Gratia Episcopus Areopolitanus Suffraganeus Varmiensis, Ss. Theol. Dr. Praepositus Canonicus Ecclesiae Cathedralis et Vicarius in Spiritualibus Generalis, ad infra scripta Subdelegatus Apostolicus, Ordinis Aquilae Rubrae secundae Classis Eques.

Decretum novae limitationis Dioeces. Culmensis et Varmiensis quoad certos quosdam locos olim ad Dioeces. Pomesaniens. pertinentes.

Universis et singulis quorum interest aut futuris temporibus quomodolibet interesse poterit, significamus per praesentes, praesentatum Nobis esse Decretum Sacrae Congregationis Consistorialis, expeditum Romae die 15. Maji 1859 authenticum nullique dubitationi obnoxium, novam limitationem Dioecesium Culmensis et Varmiensis, quoad certos quosdam locos, qui olim ad Dioecesin Pomesaniensem pertinebant et ab initio Saeculi XVII. Auctoritate Apostolica Culmensi incorporati sunt, concernens tenoris sequentis

„Culmensis et Varmiensis in Regno Borussico Circumscriptionis Dioecesanae“

„Quae ab Ecclesiarum Praesulibus pro suarum ovium bono rectoque regimine praestantiora proponuntur consilia et salutaria desideria, ea temporum circumstantiis inspectis, et Christifidelium necessitatibus Summi Romani Pontifices propensius omnium animarum sollicitudine moti amplexari continuo studuerunt. Hinc Sanctissimus Dominus Noster Pius hujus Nominis Nonus divina providentia Pontifex Maximus Suorum Praedecessorum vestigiis inhaerens, postulationes quas Sibi devotissime obtulerunt hodierni Episcopalium Ecclesiarum Culmensis et Warmiensis Praesules R. R. P. P. D. D. Joannes Nepomucenus Marwitz, et Josephus Ambrosius Geritz implorandi gratia opportunam magis, atque utilem suarum Dioecesium respective circumscriptionem benignissime suscepit.“

„Perpensum namque est Dioecesim in Borussico Regno, Pomesaniensem olim nuncupatam, ab initio catholicam omnino extitisse: vertente tamen saeculo decimo sexto ad Lutheranam haeresim paene universam fuisse miserrime collapsam; ideo, quaqua intererat, finitimae Dioecesi Culmensi incorporatam fuisse, uti perhibetur etiam ex s: m: Clementis Papae Octavi Apostolicis Litteris in forma Brevis sub die decima sexta Aprilis 1601. Subinde propter impellentes temporum, et personarum spirituales necessitates oportuit quidem, ut super aliquot ex iis Pomesaniensibus locis, qui hodiedum comperiuntur Dioecesi Warmiensi proximiores, fermeque intimi, quisque pro tempore Warmiensis Antistes utpote commodius, et Praesulibus Culmensibus consulto id adprobantibus, jurisdictionem quasi ordinariam obtinuerit, atque hactenus etiam quodammodo exerceat“.

„Nihilominus post maturiores super iisdem locis consultationes tandem contigit, ut dictarum Ecclesiarum Episcopi, suis quoque consentientibus Cathedralibus Capitulis, unanimiter persenserint necessitatem permanenter subrogandi aliud regendi, gubernandique remedium. Animadverterunt namque maximopere praestare, ut illi Christifideles proprio pastore propemodum carentes, et velut oves dispersae inter pericula continuo errantes, valeant aliquando opportunius modo adjuvari, erigi, atque in orthodoxa fide confirmari. Hoc sane salutari consilio studuerunt praefatam utriusque Dioecesis circumscriptionem certis utrinque deinceps limitibus distinctam sapientissimo Summi Pontificis judicio, Apostolicaeque ipsius supremae sanctioni humillimis precibus commendare. Atque ita factum est, ut de prisco Dioecesis olim Pomesaniensis territorio illi utique loci, qui fere ad duo usque milliaria germanica comperiuntur Warmiensi Dioecesi adesse, tam Civitates et Oppida, quam Pagi et Rura penitus a Culmensi jurisdictione subtrahantur, eodemque tempore Ecclesiae Warmiensi cum plena et omnimoda subjectione ordinaria nunc debite adjudicentur atque incorporentur“.

„Quae quidem, ut necessariam et salutarem acquirant providentiam Sanctitas Sua praecommendatorum tum Culmensis, cum Warmiensis Antistum enixis votis benigno favore annuens; iis cunctis, quae animadvertenda erant, matura deliberatione perpensis, ex certa scientia, motuque veluti proprio, contrariis etiam quibuscumque minime obstantibus, mandavit haec omnia et singula, quae sequuntur, in Decretis haberi, atque Apostolica Auctoritate sanciri“.

I. „Ad modernam Dioecesium Culmensis et Warmiensis circumscriptionem, juxta initum utriusque consentientis Antistitis consilium, panditumque votum peragendam, Summus Pontifex in primis declaratum voluit, Se quod eos dumtaxat locos olim Pomesanienses, qui, ut infra, Warmiensi Dioecesi sunt incorporandi, praecitato Brevi Apostolico s: m: Clementis Papae Octavi opportune derogare, eosdemque a primaeva Culmensis Episcopi ordinaria jurisdictione ac superioritate, suprema qua pollet super universas Ecclesias auctoritate eximere: et propterea mandavit, ut a flumine Omuleff distinctio limitum inter utramque Culmensem et Warmiensem Dioecesim, sicuti modo invicem separantur meridiem versus, sit quoque in posterum hinc inde perpetuo constituta“.

II. Quare Districtus Ortelsburg totus et integer ad Dioecesim Warmiensem transferatur, ita ut postmodum loci Baranowen, Przesdzenk minor, Kanwiese, Rocklas et Froehlichswalde ex parte Warmiensis; et villae Roggen, Reuschwerder, Szadek, Malga-Ofen et Malga-Mühle ex parte Culmensis Dioecesis efforment, et constituant finales respectivos terminos, seu extrema dioecesanae limitationis puncta“.

III. „Hinc Districtus Neidenburg tali ratione distinguatur quoad limitem, ut loci Rekownitza, Dembowitz, Omuleff-Mühle, Omuleff-Ofen, Villa Omuleff, Nattasch major et minor Dioecesi Warmiensi tribuantur; et Culmensi remaneant Malga, Mayneberg, Dubbenkrug, Czarnau et Jablonken“.

IV. „Insuper Districtus Osterode ita scindatur, ut ex parte Warmiensis Dioecesis loci Demben-Ofen, Persing, Lindenwalde, Maransen minor, Schwedrich, Nadrau, Luttken, Paulsgut, Lichteinen, Droebnitz, Heidenmühle, Luttkenwalde, Schwenteinen, Neudorf, Tolleinen, Meitzen, Sambangen, Thomascheinen, Gusen, Sallmeyen, Adamsgut, Dlusken, Heegemeister, Plichten, Dungen, Faberbrück, Baerenwinkel, Lehmannsgut, Ramten novus, Ziegenberg et Gallinden utpote finitimi sint considerandi; manentibus qua talibus Dioecesi Culmensi locis Lykusen minore, Bolleinen, Maransen majore, Waplitz, Ganshorn, Gardeiken, Petzdorf novo, Kirschsteindorf majore, Polko, Warglitten, Platteinen, Sawadden,

Langstein, Gilgenau, Tolkemüth, Parwolken, Bardungen, Jurkenthal, Jablonken vetere, Tafelbude, Thierburg, Reussen minore, Warglitten, Gehlfeld, Katzendorf, Eckersdorf et Gubitten".

V. „Verum in Districtu Mohrungen orientem versus Dioecesis Warmiensis de novo obtineat locos = Willenau, Reichau novum, Bobanden, Kollings, Schillings, Narien-Mühle, Hermenau, Gottesgabe et Wilhelmsthal; relictis vero locis Luzeinen minore, Kranthau, Güldenboden, Schertingswalde, Golbitten, Woritten novo, Woritten, Wiese, Koenigsdorf et Hagenau, qua finitimis, Dioecesi Culmensi".

VI. „Praeterea Districtus Holland Prussicus totus et integer transeat ad Warmiensem Dioecesiim, ita ut postmodum loci Kunterhof, Taulen, Bürgerhoefen et Awecken limitares seu finitimi hujus Dioecesis habendi sint; et Dioecesi Culmensi quoque qua tales loci sequentes, videlicet Rehberg, Wackelsdorf, Mahrau et Fischer, in Districtu Mohrungen, tribuantur".

VII. „Hinc limites per septentrionalem et occidentalem partem Districtus Mohrungen ita procedant, ut loci Glocken, Potheinen, Korcheinen, Däunen, Sadlauken, Boiden, Kunzendorf et Bensee Warmiensi Dioecesi, et loci Gischeinen, Kröck, Ankern, Lopitten, Marienthal, Boiden, Haak Wichdack, et Gerswalde Culmensi Dioecesi qua finitimi respective adsignentur".

VIII. „Districtus vero Rosenberg assignentur et statuantur qua loci finitimi Dioecesi Warmiensi Pachutken, Jacobsdorf, Riesenkirch, Riesenwalde, et Grasnitz: Culmensi autem Baadeln, Liebenau minor et major, Braunau minor, Rosenau, Braunau major, Wachsmuth".

IX. „Districtus insuper Marienwerder postmodum sint loci limitares Dioecesi Warmiensi Gilwe, Oltoschen, Bandken minor, Bogusch, Ruhden, Treugekohl, Mühlbach novus, Sedlinen, Ellerwalde, Grabau major, ubi limites Vistulam attingunt, Sechsselen, et Ziegellack: Culmensi autem loci Albrechtshof, Kröxen, Louisenhof, Ottlau minor, Dianenberg, Rundewiese, Keilhof, Schinkenberg, Conitzke ubi flumen supradictum limites constituit, Mewischfeld, Weide major, Kramershof, et Schulwiese".

X. „Pro reliquis demum partibus utriusque Dioecesis Warmiensis, et Culmensis flumen Vistula, et pars ejus quidem dextera, qua in recentem Haff, sive in sinum Venedicum, fluit, qua limes sine mutatione conservetur".

XI. „Hac itaque limitum designatione quod utramque Dioecesim Culmensem et Warmiensem, Summo Auctorante Pontifice, sic in Decretis canonice respective constabilita et attributa; id insuper delaratum esto, quod loci, olim Pomesanienses, uti praefertur a Dioecesi Culmensi exempti et dismembrati, iidem censeantur ac revera sint alteri Warmiensi Dioecesi plene incorporati, prorsus adjudicati: una videlicet cum consitis civitatibus, oppidis, pagis, terris, cumque respectivis utriusque sexus incolis, nec non quibusvis Ecclesiis, et piis, si qua sint, Institutis, ac rebus ecclesiasticis; nec non cum caeteris quibusque de more concomitantibus accessoriis".

XII. „Dehinc igitur Warmiensis quisque pro tempore Antistes super iis omnibus et singulis memoratis locis, incolis, Ecclesiasticis rebus, et Instutis (quae tamen peculiari exemptione aliunde non gaudeant) itidemque super singulis praenunciatis accessoriis ordinariam jurisdictionem episcopalem proprio jure obtineat, exerceatque: iisdem nimirum observatis ecclesiasticis, legibus, modis, usibus, favoribus, honoribus, et oneribus, quae super caeteris illiusmet Warmiensis Dioecesis locis, incolis et ecclesiasticis rebus et Institutis in more institutoque posita jam comperiuntur."

XIII. „E converso eorumdem locorum Warmiensi Dioecesi, uti praefertur, incorporatorum subditi accolae teneantur pari modo ac ratione, uti caeteri primaevi Dioecesani Warmienses, debitam Warmiensi Antistiti obedientiam reverenter praebere; adeoque consuetam quorumcumque munium, ac praestationum observantiam erga illius quoque Curiam et Cancellariam obsequenter obire."

XIV. „Tum autem instrumenta, documenta, et scripta quoad praefata loca, personas, res, et jura ab Episcopatus Culmensis Cancellaria secerni poterunt, ut pro opportunitate in altera Warmiensis Episcopatus Cancellaria reponantur, et pro necessitate conserventur."

XV. „Quibus omnibus pro majore illorum Christifidelium spirituali bono et commodo provide ita constitutis atque sancitis, Idem Summus Potifex voluit expresse cavere, ne quis unquam ea singula, quae desuper ordinata decretaque sunt, audeat sive obreptionis, sive subreptionis, sive demum alterius cujusvis speciei vitio notare, neque ullatenus impugnare, multoque minus infringere praesumat."

XVI. „Idcirco, ut eadem omnia et singula haec statuta majorem assequantur effectum Sanctitas Sua sapienter constituit Consistoriale hoc Decretum esse a quibuscumque habendum, prorsusque perinde valiturum, ac si Apostolicae Litterae sive sub plumbo, sive in forma Brevis fuissent hoc super negocio expeditae, contrariis quibuscumque minime obstantibus vel eis ad hoc speciali illata derogatione."

XVII. „Atque adeo in hujusmodi Decreti Apostolicum Exequutorem Sanctitas Sua dignata est deputare R. P. D. Antoninum De Luca Archiepiscopum Tarsensem apud Imperialem Realem Apostolicam Aulam Nuncium Sanctae Sedis, eique tribuit quoque veniam subdelegandi ad hoc perficiendum negocium alteram idoneam probamque personam, quae tamen sit in ecclesiastica dignitate constituta."

XVIII. „Eidem insuper Apostolico Delegato, ejusque Subdelegato necessarias et opportunas quascumque facultates insuper contulit, ut alteruter efficaciter valeat ea quaeque ordinare, facere, declarare, ac etiam definitive, omni appellatione remota, decernere quae visa fuerint probe oportere, ut totum hoc negocium adoptatum exitum protinus concorditer, stabiliterque perducatur.

XIX. Verumtamen, ipsi Delegato, ejusque Subdelegato expresse injunctam voluit obligationem diligenter mittendi ad Sanctam Apostolicam Sedem intra sex menses ab expleta hujusmodi Consistorialis Decreti exequutione, authentica forma exaratum, exemplar actorum omnium in ipsa exequutione ferendorum, insimulque chartam hujus modernae circumscriptionis topographiacam adamussim expressam."

XX. „Demum, ut hoc perutile, opportunumque opus confestim exequutioni mandetur, Summus Pontifex jussit hoc Consistoriale Decretum per Sacram hanc Congregationem consistorialibus negotiis praepositam confici, atque promulgari; cujus tamen authenticum exemplar ad perpetuam rei memoriam et normam in ejusdem Archivo de more voluit asservari."

Datum Romae hac die decima quinta Mensis Maji anno reparatae hominum salutis Millesimo Octingentesimo quinquagesimo nono.

Regerius Antici Mattei.

(L. S.) Sacrae Congregationis Consistorialis Secretarius.

Cujus quidem Decreti executio quum ab Excellentissimo et Reverendissimo Domino Archiepiscopo Tarsensi, Domino Antonio de Luca, Nuntio Apostolico ad Sacram Caesaream Regiam et Apostolicam Majestatem cum potestate Legati de Latere ac simul ab Apostolica Sede in praedicto negotio specialiter Delegato mediante peculiari Rescripto Viennae ex Aedibus Nuntiaturae Apostolicae die 21ma Septembris 1860 emanato Nobis infra scripto demandata dignoscitur, idcirco Nos mandato hujusmodi obtemperantes et specialibus facultatibus in praefato Rescripto Nobis concessis utentes, obtenta ad hoc etiam approbatione Suae Serenissimae Regiae Majestatis Guilhelmi I. Berolini die 27. Aprilis anno currente 1861. calamo exarata postquam de omnibus ac singulis in laudato Decreto enarratis diligenter nos informavimus atque ex hac informatione novam hanc, de qua agitur, Dioecesium Culmensis et Varmiensis limitationem omnibus, ad quos spectat, utilem, salutarem et proficuam fore cognovimus, ad executionem modo memorati Decreti procedimus ac proinde per praesentes Auctoritate Apostolica subdelegata hac in causa Nobis commissa omnes et singulos locos, olim Pomesanienses et postea Culmenses, quos praelaudatum Decretum tanquam finitimos et in Districtibus Ortelsburg, Neidenburg, Osterode, Mohrungen, Rosenberg, Holland Prussico, et Marienwerder positos extremos terminos recenset, sicut et omnes illos locos, qui praeter modo dictos in spatio circiter duorum milliarium germanicorum inter utriusque Dioecesis fines inclusi reperiuntur atque cum supra recensitis hactenus non mediocrem partem Dioecesis Culmensis septentrionem versus jacentem efficiebant, cum omnibus personis, piis institutis ac rebus ecclesiasticis, eorumque accessoriis, a Dioecesi Culmensi separamus et sejungimus atque tali modo separatos et sejunctos ad Dioecesin Vermiensem transferimus, huicque unimus et incorporamus nec non Spirituali Regimini Illustrissimi et Reverendissimi Episcopi Varmiensis pro tempore existentis Ejusque legitimorum Successorum cum plena et omnimoda ordinaria jurisdictione ecclesiastica subjicimus, omnesque utriusque sexus Christifideles intra praefinitum separatum territorium degentes seu commorantes in conscientia obstringimus, ut ante memoratum Illustrissimum et Reverendissimum Episcopum agnoscant et revereantur, Eique debitam obedientiam exhibeant et monitionibus ac praeceptis Ejus salutaribus sese conforment. — Ab hac vero separatione et respectiva unione atque incorporatione utique exceptos et immunes pronuntiamus omnes illos locos, instituta et res ecclesiasticas olim Pomesanienses, quos supra insertum Decretum ipsum quoque ab hac separationee excipit et eximit, atque Dioecesi Culmensi in perpetuum incorporatos et reservatos fore declarat atque edicit.

Requirimus autem in Domino ut omnia et singula, quae tam in saepius laudato Decreto Consistoriali sancita et statuta dignoscuntur quam in praesenti executorio expressa conspiciuntur omnibus ad quos pertinet quamprimum fieri poterit, publicentur atque intimentur et ad Cujuslibet notitiam deducantur, ne aliquis eorum de praemissis ignorantiam aliquam praetendere valeat.

In quorum fidem praesentes manu propria subscripsimus et Sigilli Nostri impressione muniri fecimus Datum Frauenburgi ad Ecclesiam Cathedralem Varmiensem die 26ta mensis Augusti 1861.

Antonius Frenzel,
(L. S.) Episcopus Arcopolit. i. p. Suffragan. Varmiensis ad praemissa Subdeleg. Apostolicus.

JOANNES NEPOMUCENUS

miseratione divina et Sanctae Sedis Apostolicae gratia

Episcopus Culmensis,

SS. Theologiae Doctor etc. etc.

Universis et singulis has praesentes Nostras literas visuris seu legi audituris, Salutem in Domino!

Decretum unionis et affiliationis.

Nihil Nos in pastoralis Nostri officii sollicitudine urgentius premit, quam animarum Christi singuine redemptarum aeterna Salus; nullum autem remedium huic providendi aptius magisque opportunum esse potest, quam si pastores ovium sibi commissarum curae diligenti vigilia incumbunt.

Quod ut etiam pro nonnullis locis districtus Rosenbergensis quorum fideles adhuc quoad curam spiritualem et regimen parochiale vagabantur, assequi possit: opportunum et plane necessarium duximus incolas locorum Bischofswerder, Conradswalde, Stangenwalde, Stadtwald et Byczek, auditis iis, qui de jure audiendi sunt, ac confectis desuper protocollis publicis cum Ecclesia parochiali Lippincensi unire et incorporare, prout hoc ipso solenni actu auctoritate Nostra Ordinaria juxta decretum S. Conc. Trid. 24, 13 de ref. praefata loca perpetuis futuris temporibus cum dicta Ecclesia parochiali canonice unimus et incorporamus simulque ordinamus et mandamus, ut fideles dictorum locorum pro congrua Parochi competentia, juxta s. Canonum dispositionem et dioecesis observantiam jura stolae ibi usu introducta una cum decimis personalibus statuta definitis persolvant.

In quorum fidem hasce manu propria signatas sigilloque Nostro Episcopali firmatas dabamus Pelplini die 19na m. Julii 1861.

G. V. 3609. **Joannes Nepomucenus.** (L. S.)

Z wysokiego polecenia Jego Biskupiéj Mości naszego Najczcigodniejszego Pasterza podajemy niniejszém następujący święta *św. Angela Merici* tyczący się dekret św. Kongregacyi Obrzędów z dnia 11. Lipca r. b. do powszechnéj wiadomości.

Pelplin, dnia 4. Października 1861.

Wikaryat Jeneralny Biskupi Chełmiński
Hasse.

G. V. 7901.

DECRETUM

URBIS et ORBIS.

Angelorum praedita moribus, et pulchritudine Sancta *Angela Merici* sicut lilium inter spinas in terris degens ubique mirum sparsit suavitatis odorem. Haec ab adolescentia alacriter iter perfectionis arripiens, eo devenit ut Sanctus Carolus Borromaeus paucis post ejus obitum annis adfirmare non dubitaverit, dignam plane esse quae ab Apostolica Sede in Sanctarum Virginum Album referretur. Sanctissima Palaestinae loca summa cum religione perlustravit, et Sepulcra Apostolorum Petri et Pauli Romam veneratura pervenit. Ibi sese excitatam sensit ad promovendam puellarum institutionem, probe noscens illas pravis ac foedis Calvinianae et Luteranae haeresis, quae tunc late grassabatur, illecebris veluti inter vepres irretitas virgineum florem amissuras. Quare Brixiae novum Sacrarum Virginum Sodalitium sub Patrocinio, et Nomine Sanctae Ursulae Christi Virginis et Martyris instituit, cujus curae demandavit, ut adolescentulas tam divites quam pauperes fidei rudimenta doceret, ad recte casteque vivendum informaret, illisque eas, quae propriae mulierum sunt, exercitationes traderet. Uberes ex hoc Instituto *Angela* ad Ecclesiae bonum, et Societatis retulit fructus, eique Deus Omnipotens ita gratiae suae dona copiose largitus est, ut ubique terrarum diffunderetur, suaeque famulae morti proximae pandere dignatur illud perenne futurum.

Quum teterrimis hisce temporibus perversi ac scelerati homines omnem moveant lapidem ad Catholicam Ecclesiam, ac Societatem labefactandas, et ad id facilius obtinendum mulierum mores praesertim adolescentium pervertere studeant, ut ex depravata earum mente errorisvenenum altius in filiorum animos inseratur, nonnulli Eminentissimi, ac Reverendissimi Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, nec non quamplures amplissimi totius Orbis Antistites Sanctissimum Dominum Nostrum Pium IX. Pontificem Maximum humillimis precibus instantissime efflagitarunt, ut Officium et Missa *Sanctae Angelae Merici* Sodalitii Sanctae Ursulae Institutricis ad universam extendantur Ecclesiam; ut ejus ope et meritis dignetur Dominus foemineum sexum ab omni labe immunem, et errore servare, ac hostium depulsis insidiis Ecclesia sua perpetua pace laetetur. Quibus omnibus a me subscripto Sacrorum Rituum Congregationis Secretario Sanctissimo Domino Nostro fideliter expositis, Sanctitas Sua Apostolica Auctoritate edixit, ut deinceps festum *Sanctae Angelae Merici* Virginis cum Officio et Missa aliquibus locis jam concessis, sub ritu duplici minori ab universa Ecclesia recolatur. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 11. Mensis Julii Anni 1861.

C. Episc. Portuen. et S. Rufinae Card. **Patrizi** *S. R. C. Praef.*
D. Bartolini S. R. C. Secretarius.

Czcigodnemu Duchowieństwu diecezalnemu podajemy niniejszém do wiadomości, że już od dawnego czasu względem odbudowania katolickich plebanii, budynków mieszkalnych i gospodarczych w Bütów, czyniono układy, które tak daleko już postąpiły, jak odnośne plany i kosztorysy wskazują i także do licytacyi już podane zostały.

Konieczność jak najrychlejszego ukończenia rzeczonych budowli widoczna jest w interesie kościelnym i pasterskim; ponieważ atoli gmina w przeważnie większéj części najmniejszéj nie posiada własności i mimo wszelkiéj usilności dla zbyt wysokich już teraz ciężarów komunalnych żadną miarą przypadających na swoją część w ilości 2520 talarów obrachowanych kosztów spłacić nie może, przeto Jego Biskupia Mość nasz Najczcigodniejszy Pasterz w słusznem uznaniu smutnych stósunkow ubogich katolików téj parafii zezwolił na kollektę diecezalną.

Podając to szanownym proboszczom i plebanom do wiadomości, polecamy im oraz niniejszém, kolektę tę odbyć w swoich parafiach w przeciągu trzech następujących miesięcy, po poprzedniém zapowiedzeniu i zaleceniu takowéj w sposób zwyczajny swym parafianom.

Odnośne kwoty resp. wykazy wakat należy w oznaczonym terminie na kasę Najczcigodniejszéj Stolicy Biskupiéj Chełmińskiéj w miejscu bezpośrednio pod zwykłą rubryką przysłać.

Pelplin, 9. Października 1861.

Wikaryat Jeneralny Biskupi Chełmiński
G. V. 7970. *Hasse.*

Z odwołaniem do §§. 54, 55 i 102 instrukcyi z d. 29. Paźdz. 1850 wzywa się tych Xięży proboszczów lub administratorów, którzy rocznych rachunków dotyczących majątku pojedyńczych kościołów, fundacyi i prebend albo majątków istniejących przy tychże bractw albo szpitalów pro 1860 i dawniejsze lata jeszcze nie złożyli, aby takowe teraz niezwłocznie przesłali nawet w tym razie, chociażby rachunek poprzedniego roku jeszcze nie był uskuteczniony.

Pelplin, 11. Października 1861.

Wikaryat Jeneralny Biskupi Chełmiński
G. V. 156. *Hasse.*

Pomnik dla X. Andrzeja Kidaszewskiego,

Regensa Seminaryum w Gnieźnie.

(Składki.)

Prócz dawniéj wymienionych w korespondencyi składek, wpłynęło na legat ś. p. X. Andrzeja Kidaszewskiego:

18)	X. Pałżewicz z Murowanéj Gośliny	3 Tal.
19)	X. Marten z Strzelna	2 „
20)	X. Gniatczyński z Targowéj Górki	2 „
21)	X. J. Lewandowski z Lubasza	3 „
22)	X. Starczewski z Lubasza	1 „
23)	X. Walenski z Pniew	3 „
24)	X. Gintrowicz z Wyszanowa	10 „
25)	X. Prusinowski z Grodziska	5 „

W Nr. 38. str. 346. *Tygodnika* zaszła omyłka:
12) X. Zawadzki dał 2 Tal. nie 1 Tal.

Składki.

Dla Bulgarów. Ostatnia summa 1303 Tal. 10 srg. 3 fen. A. M. D. G. 2 Tal. — X. Krolikowski z Wałdowa w diecezyi Chełmińskiéj, od parafian i od siebie 2 Tal. Razem 1307 Tal. 10 srg. 3 fen.

Dla Katolików w Syryi. Ostatnia summa 96 Tal. 20 srg. A. M. D. G. 2 Tal. — X. Krolikowski z Wałdowa w diecezyi Chełmińskiéj, od parafian i od siebie 2 Tal. Razem 100 Tal. 20 srg.

Dla Zakonów w Marchiach. Ostatnia summa 114 Tal. 10 srg. A. M. D. G. 2 Tal. — X. Krolikowski z Wałdowa w diecezyi Chełmińskiéj, od parafian i od siebie 2 Tal. Razem 118 Tal. 10 srg.

Dalsze składki przyjmuje chętnie *Redakcya.*

Właściciel i wydawca odpowiedzialny X. Prusinowski. — Czcionkami Augustyna Schmaedickiego.